Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26074
Copyright: Admont, Benediktinerstift



118

deme testimonium meum non verum; Quomodo non verum
testimonium veritatis? Non ne ipse est qui dixit: Ego sum
via et veritas et vita? Cui credendum, si veritati non
est credendum? Profecto non unus credere nisi falsitati, qui non
diligit credere veritati. Dictum est quod hoc sed in ipso
sol ut sic intelligas. Et ex his verbis hunc sensum cepimus.
Si quod testimonium perhibeo deme testimonium meum non est
verum. Idem sicut piratus. Sive enim noverat verum esse
de se testimonium suum: sed propter infirmos, propter incredu
los, propter non intelligentes, sol lucernas querebat. Ful
gor enim quippe solis lumen ferre non poterat.
Ad hoc quesit et Iohannes qui testimonium perhiberet ve
ritati et audistis quod ait. Illos venistis ad Iohannem.
Ille erat lucerna ardens et lucens et vos voluistis exul
tare ad horam in lumine eius; lucerna ista ad illos effu
sione parata est; qui hoc dixit ante tantum tempus in psalmis: Paravi lucernam Xpo meo. Ut quid lu
cerna soli? Inimicos eius induam confusione: super
ipsum autem florebit sanctificatio mea. Veniq; sic sunt
confusi per ipsum Iohannem quodam loco, quando dixe
runt domino iudei: In qua potestate ista facis? dic nobis.
Cui hoc respondit. Dicere in quo vos baptisimum Iohannis
de celo erat an ex hominibus. Audierunt et tacuerunt.
Cogitaverunt enim apud se et ito. Si dixerimus ab ho
minibus lapidabit nos populus, quia prophetam habebat Iohan
nem. Si dixerimus de celo dicturus est nobis: quare non
credidistis ei? quia Iohannes Xpo perhibuit testimonium. An
gustati in cordibus suis questionibus suis et in laque
atis laqueis suis responderunt. Illesimus. Que potuit

Nota. Ecce testimonium dat de carne